



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1925

De Sanctis Qui In Utraque Scotia V Idus Novembres Coluntur

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72556)

VITA

28. Accedens ad beati Gratiae sepulchrum Caecilia hortulana de littore S. Erasmi, cotidiana diutinaque febris afflicta, dum supplex pro sanitate orat, confestim ex febre perfecte convaluit, parque incolumitatis beneficium accepit Angelus Bertini, piscator Murianensis, qui, maligna oppressus febris, dum in extremo anhelitu luctatur, per beati Gratiae imploratam opem sanitatem recepit.

(n. 21), de Sancto Iusto (n. 25), de filio Benedicti vitrarii (n. 27). Illud autem quod his addit hoc loco exscribo. « Agnoverat intolerabiles unius viduae cordis angustias, quae post amissum suae senectutis baculum, nempe unicum filium, inconsolabiliter eiulabat. Casu subito illum Venetiis perdidit, summa sollicitudine quaesivit per anfractus urbis, omnem movit lapidem, inquirens ex obviiis etiam in remotiora se extendens et incassum. Iam septennium afflictionis fluxerat evolutum, ubi etiam illa destituitur quae est ultima miserorum anchora, nempe spe. Tandem divinitus monita recurrit ad insulam D. Christophori. Ibi tunc opere sanctus debebat Gratia; cum more Sunamitidis D. Elisei hospitaie in simili casu ad genua procumbentis vocum gemitu complexatur pedes, ad intimam sui consolationem ore prophetico haec inaudit: Plus

29. Plurima alia ad eius intercessionem patrata sunt miracula (1) quae ex desidia priorum temporum, ut superius dicebam, sunt oblivione deperdita; haec autem ideo placuit recensere, ut per ipsorum notitiam omnipotente Deo famuli sui humilitatem glorificante, devotio erga beatum virum temporum fluxu tepescens, nunc iterum reviviscat, et augeatur.

noli vexari, bona mater; haec, inquam, vespera illum videbis. Et mox uti praedixerat B. Gratia, recepto pignore facta est illius gloriae divulgatrix. » — (1) His addimus miraculum cui se interesse assertit Antonius Loredanus, quodque hisce profert verbis: « Chiedi, e prendi l'esempio dal Padre fra Tadeo, a cui l'anno 1668, 18 luglio, condotta una donna, che dicevano oppressa da spiriti, per conoscere questo buon Padre se veramente era tale, senza farne motto ad alcuno, presa una cassetta nella quale il cilicio del beato Padre fra Grazia conservasi, la pose sopra la testa dell' invasata donna, e doppio ne provò il miracolo, mentre quella con urla cominciò a gridare: Grazia tu mi abbrugi, e scoperto per forza quell' immondo spirito, lasciò in quel instante di maggiormente molestarla. »

DE SANCTIS QUI IN UTRAQUE SCOTIA

V IDUS NOVEMBRES COLUNTUR

E sanctis
quos
memorant

1. Tot cotidie sidera in caelo celticarum regionum oriuntur ut multo facilius sit numerare caeli signa quam stellas singulas digito monstrare. Ideo postquam nominatim egimus de praefulgentibus astris, qualis hodie est S. Benignus Ardmanachus, de reliquis breviter et coniuncte dicemus. Et primo quidem occurrunt heortologia martyrologiaque excutienda; neque tantum strophas proferemus quae ad hanc diem apud Oengusium Marianumque leguntur, sed etiam, pro re nata, aliquot sallem e priscorum hagiographorum notulis, quae in vetustis codicibus interpretationis gratia adiectae sunt.

Oengus,

2. Antiquissimum heortologium gadelicum, Fé-

lire Óengusso Céli Dé (saec. IX in.) hoc habet tetrastichon:

Dónait ocus Damián
níptar énaig anbli.
For óenlíth co suilgi
féil Sinche co sadbri (1).

Latine: Donatus et Damianus non erant protervi conviciatores. In eadem sollemnitate cum iucunditate festivitas Sineach-ae opulenter (2).

3. Mael-Maire autem húa Gormáin, seu latine Marianus Gormanus nepos, in heortologium quod circiter an. 1170 conscripsit hanc strophem ad V idus novembres inseruit:

(1) Locus bis editus est a Wh. Stokes; primum *On the Calendar of Oengus*, in *Transactions of the Royal Irish Academy, Irish Manuscripts Series*, t. I (1880), p. CLXII-CLXIII, cum gloss. pp. CLXVI, CLXVIII; dein *Féilire Óengusso Céli Dé. The Martyrology of Oengus the Culdee* (London, 1905), p. 233, cum gloss. p. 240-41 (= *Henry Bradshaw Society*, t. XXIX); Ex hac editione tetrastichon descripsimus. — (2) Gadelica illa nemini arbitramur satis perspicua videri; etsi vix quicquam refert in eius modi carminibus quae vocabula ad sanctorum nomen adiecta sint. In interpretatione secuti sumus in omnibus fere Stokesium, qui ipse dubitat an re vera vox *ainbil* significet «protervum» (eam anglice verterat *shameless*), ed. altera, p. 296; incertus etiam ille an *co suilgi* significet: «cum iucunditate», *ibid.*, p. 366. Tandem ab eorum sententia qui verbum *énaig* reddunt «sapientes» discedimus, secuti d.v. Holger PEDERSEN, *Vergleichende Grammatik der keltischen Sprachen*, t. I, p. 343. Vertit Stokesius ultimum versum: *the feast of wealthy Sineach*; nobis tamen cautius visum est ambiguum verborum *co sadbri* non enotare sententiam; du-

bium enim est quid sibi illa velint, utrum festum splendide celebrandum sit, an Sineach ipsa dives fuisse dicatur. Ceterum et vetus glossator in antiquo codice *Leabhar Breac*, de quo infra, num. 9, nonnulla verba aliter intellegit ac latine redditum est a nobis; hanc glossam excipere et in latinum sermonem vertere operae pretium est, quippe quae numquam nisi hibernice vulgata sit et in priore Stokesii editione tantum, p. CLXVI. Eum locum qui Stokesio est obscurior in altero versu, neque vetus glossator extricavit; tres enim varias sententias proponit eorundem verborum *níptar énaig ainble*: *.i. níptar énaidag; no nídentais écnach; no níptar énaide ainble, acht énaide felta no forustai*. Latine: *id est, non erant rationis expertes; vel, non dicebant calumniam; vel, non erant sapientes improbi, sed sapientes periti seu gnari*. In versu tertio *co suilge*, quod vertimus: «cum iucunditate», explanat *co suailchib*, id est latine: «cum virtutibus». Tandem in ultimo versu vocibus *co saidbre*, quas vertimus: «opulenter», adicit *id est virtutibus*, ut sensus sit Sineach divitem fuisse virtutibus.

Urcicin

A Urcicin toi; Teodoir;
mo Conna ba ciumhoc;
Benignus cain, caemslat;
Sinech; Findsech; Fintan;
for nem soerda Sarnat;
Lasse aebda; Aednat (1).

Latine et ut gaelica nomina pleniore scribendi ratione exhibeamus: Ursicinus tacitus; Theodorus; Conna meus mitis lenisque; Benignus clarus, dulcis surculus; Sineach; Finnseach; Fionntan; super caelum nobile Sarnat; Laisse venusta; Aednat.

calendaria vetera 4. Mutuum illud calendarium seu martyrologium Tamhlachtense toto hoc mense novembri deficere, eo gravius ferendum est quod et copia et antiquitate ceteris fere omnibus eius modi monumentis celticae liturgiae praestat. Calendarium vetus missali Drummondensi praefixum, nomini Theodori martyris subdit: et in Hibernia sancte virginis Sinche (2). Hic est casus genitivus nominis Sinech, seu Sineach, in sermone hibernico; solent quippe antiqui scriptores vernacula nomina ad normam vernaculae grammaticae inflectere, vel in media latina sententia. Eadem omnino verba post alienigenarum sanctorum nomina leguntur et in martyrologio ecclesiae Trinitatis Dublinensis, nunc a Christo nuncupatae, circiter an. 1400 exarato (3). Calendarium autem Aberdonense saec. XV descriptum haec refert: In Scotia sancti Moroci episcopi, cuius ecclesia cum sepultura apud Lekraw prope Striueling (4).

et recentiora, 5. Iam veniendum est ad recentiores calendariorum scriptores. Thomas Dempsterus, scoticarum rerum omnium propugnator acerrimus, haec anno 1622 in opusculum suum inseruit: Kilreuli, Merinati diaconi, culdei, sancti Damiani frater (ita ille; lege fratris); hic pignus unicum regni, reliquias sanctissimi Andreae, cum veneratione suscepit et eodem anno excessit. F. BT. B. In Scotia, Turgoti, episcopi Santandreami (5). Notandum est, litteris F. BT. B. significare Dempsterum se antestari Iohannem Fordanum in Scotichronico, Heclorem Boethium et Breviarium Scoticum (maxime Aberdonense) (6). Dempsterum Ferrarius fere ad verbum exscribit (7). In calendario David Camerarii anno 1631 vulgato legitur: Sanctus Gernadius episcopus Moravienensis (8). Challoner tandem, postquam de S. Benigno pauca excerptis e Malmesburiensi et Timnuthensi, tradit hac etiam die commemorari Glastoniae S. Patricium iuniorum, Hibernorum apostoli

e fratre nepotem (9); et in Supplemento S. Monicae confessorem adicit (10) e Castellano (11).

6. Tandem afferenda sunt sanctorum Hiberniae nomina quae saec. XVII ineunte diligentissimi illi peritissimique indagatores antiquitatum suae insulae, Minoritae Dungallenses dico, duce et principe Michaeli O'Clery, in suum martyrologium congressere. Exstat autem duplex martyrologii Dungallensis apographon, seu verius duplex recensio, utraque a Michaeli sua ipsius manu descripta; altera Duaci an. 1629, qui codex nunc asservatur in Regia Bibliotheca Bruxellensi, signatus 4639 (= A); altera quam in conventu Dungallensi absolvit d. 19 aprilis 1630, codex nunc eiusdem bibliothecae 5095-5096 (= B). Haec tantum edita est opera et studio eruditorum virorum J. O'Donovan, J. H. Todd, W. Reeves (12). Ipse fatetur J. H. Todd se permolestè tulisse quod otium sibi dejuisset ut et primo illo autographo A suam illam editionem fulciret (13); profecto dignum erat opus tanti momenti quod typis mandaretur ita accurate, emendate, perfecte, ut nihil supra esse posset. Accedit quod in edito non constanter est significatum quid ipso initio a Michaeli O'Clery exscriptum fuisset, quid postea additum. Haec forsasse iusto minutiora videantur; at tamen si diligentius facta fuissent, iam uno quasi aspectu perspicere posset quid ex antiquis heorologiis, calendaris, martyrologiis esset haustum, quid depromptum adiectumque e catalogis, genealogiis, Vitis sanctorum. Sed ut haec, et plura, favente Deo, suo curanda erunt tempore, ita nunc properantibus nobis satis fuerit exhibere quid in utroque codice ad hunc diem legatur.

7. E. Quinto idus novembris¹.

BENIGNUS .i. Benen mac Seiscnein discipul Patraice ocus a chomarba .i. príomhaid Arda Macha. Do shliocht Cēim meic Oilíolla Óláim dó. Sodhelbh inghen Cathaoir meic Feidhlimidh Firurghlais do Laighnibh a mháthair². Ba coindircil, ba craibhtheach antí naoim Benén. Bá hógh gan einedh a óghachta ríamh; ar an tan ba psailmctlaídh eisiomh i nArd Macha i maille re a mhaighistir naomh Patraice, ro charastair Earcnat inghen Daire Benén; ro gabh galar i gar iaromh co bfuair bás co hopann, ocus tucc Benén uiscece coiseretha chuice o Phatraice ocus ro croith uirre; ocus ro eirigh osi beo shlán 7 do gradhaigh go spiratalta é iarsin³. Ocus dochoidh si iaromh co Patraice, ocus ro adaimh a huile peactha do; ocus ro edhbair a hóighe

(1) Ed. W. H. STOKES, *Féilre húi Gormáin. The Martyrology of Gorman* (London, 1895), p. 214 (= *Henry Bradshaw Society*, t. IX). — (2) A. P. FORBES, *Kalendars of Scottish Saints* (Edinburgh, 1872), p. 28. — (3) *The Book of Obits and Martyrology of the Cathedral Church of the Holy Trinity, commonly called Christ Church, Dublin*. Edited by J. C. CROSTHWAITTE, with an Introduction by J. H. TODD (Dublin, 1844), p. 176 (*Irish Archaeological Society*). — (4) FORBES, op. c., p. 136; cf. p. xxxiv. — (5) *Mnologium Scolorum*, colligit Thomas DEMPSTERUS (Bononiae, 1622), ad diem; opus recudit A. P. FORBES, op. c., p. 218. — (6) *Breviarium Aberdonense* Edinburgi impressum a Waltero Chepman, 1509-1510. *Scolorum historiae*, impensis Hectoris BOETHII Deidonani (Parisiis, 1527). FORDANI nomine veniunt innumerae editiones

Novembris Tomus IV.

Scotichronici. Haec ex iis excerpta quae calendaris illis suis erudite praefatus est A. P. FORBES, op. c., p. xxxviii-xli. — (7) *Catalogus generalis Sanctorum qui in Martyrologio Romano non sunt* (Venetiis, 1625), p. 437. — (8) D. CAMERARIJ [CHAMBERS] *Scoti de Scolorum Fortitudine, Doctrina et Pietate* (Parisiis, 1631), in calendario ad diem; recudit A. P. FORBES, op. c., p. 242. — (9) *A Memorial of Ancient British Piety or a British Martyrology* (London, 1761), p. 156; opus hoc suppresso nomine edidit Challoner. — (10) *A Supplement... to the British Martyrology*, p. 30. — (11) *Martyrologe Universel* (Paris, 1709), p. 570. — (12) *The Martyrology of Donegal. A Calendar of the Saints of Ireland* (Dublin, 1864). (*Irish Archaeological and Celtic Society*). — (13) Op. c., p. xii.

A iarsin do Dia co ndeachaidh dochum nimhe. *Ocus* ro móradh ainm Dé, *Patraice ocus* Beineoin tríd sin. *Nota*: Benen mac Sescnen meic Cein meic Oilíolla Óluim etc., 7 Soidhealbh inghen Chathaoir Mór a mhathair (do réir a bheithaidh féin cap. 2). Tadhg mac Cein ri fFer mBreghe intansin is é do oil mac a derbbrathar .i. Benen mac Sescnen meic Cein (cap. 3), ocus as o Thadg rugadh Benén go Patraicc go hInis Patraicc (cap. 3) ⁴.

SINEACH o Clúain Lethtengadh, ogh. Gomadh do shliocht Maine meic Neill Naoighiallaigh di ⁵, no do shliocht Cuirb Uluim meic Ferghusa meic Rosa ⁶.

FINNSEACH, ógh, ó Chrúachán Maighe Abhna. SARNAT ⁷, ógh, inghen Aedha a Tir Maine.

LAISSE, ogh, ó Cluain Lommain.

AEDHNAT, ingen Loichén.

MOCHONNA BECC.

FIONNTAN.

B ¹ A fol. 103^r-104^r; B fol. 55^v. — ² (do shliocht - a mháthair) om. A; *add. prim. man.* B. — ³ (7 - iarsin) om. A; *add. prim. man.* B. — ⁴ (*Nota* - cap. 3) om. A; *add. prim. man.* B. — ⁵ (Maine - di) in rasura B. — ⁶ (Gomadh - Rosa) aois Criost 596 A; *add. prim. man.* B. — ⁷ Sárnat A.

Latine: BENIGNUS id est Benen filius Seiscnéani, discipulus Patricii et successor eius, primas Ard Machae. Ortus e genere Ciani filii Oililli Ólom. Soidhealbh filia Cathaoiri Mór filii Feidhlimidhi Fíorurghlas, de Lageniensibus, erat mater eius ¹. Misericors piusque erat ipse sanctus Benignus. Virgo quoque inviolatae pudicitiae; nam quo tempore ipse Ard Machae erat psalmista cum magistro suo S. Patricio, adamavit Benignum Earenat filia Dairei; ipsa brevi postea in morbum delapsa mortem oblit repentinam, attulitque Benignus a Patricio aquam consecratam et aspersit eam; surrexitque illa viva et sana et in posterum dilexit eum spiritualiter ². Tunc perrexit illa ad Patricium cui confessa est omnia peccata sua; posthac obtulit Deo virginitatem suam et evolavit in caelum. *Nota*: Benignus filius Seiscneani filii Ciani filii Oililli Olom cet., et Soidhealbh filia Cathaoiri Mór mater eius (iuxta vitam eius cap. 2). Tadhg, filius Ciani, rex Bregiensium qui tunc temporis erat, is aluit filium fratris sui, id est Benignum filium Seiscneani filii Ciani (cap. 3), et a Tadhgo ductus est Benignus ad Patricium in Insulam Patricii (cap. 3) ³.

SINEACH, de Cluain Leith-Teangadh, virgo. Orta sive e genere Mainei filii Nialli Naoighiallach sive e genere Corbi Olom filii Fearghusi filii Rossi ⁴.

FINNSEACH, virgo, de Cruachan Maighe Abhna.

SARNAT, virgo, filia Aedhi, de Tir Maine.

LAISSE, virgo, de Cluain Lommain.

AEDHNAT, filia Loicheni.

(1) STOKES, *On the Calendar of Oengus*, p. CLXVIII. — (2) STOKES, *Féilire Oengusso*, p. 240. — (3) *Id.*, *ibid.* Hic inserta est clausula .i. in *nDal Araide*, *latine id est in Dalaradia*, quae haud scio an perperam huc irreperit; videtur enim pertinere ad locum dictum Cúl Raithin, cuius mentio inci-

MOCHONNA BEAG (*id est parvus seu minor*). D FIONNTAN.

¹ (ortus - mater eius) om. A; *add. prim. man.* B. — ² (et in posterum - spiritualiter) om. A; *add. prim. man.* B. — ³ (*Nota* - cap. 3) om. A; *add. prim. man.* B. — ⁴ (orta - Rossi) om. A; *add. prim. man.* B.

8. *Age vero, ex iis omnibus quorum nomina recensuimus, SS. Theodorus, Donatus, Damianus, Ursi[c]inus ab utraque Scotia sunt alieni; de SS. Gernadio et Moroco, et de Turgoto episcopo breviter inter Praetermissos actum est; de S. Benigno fusc disputavimus eiusque Vitas typis mandavimus. Igitur supersunt de quibus singulis pauca dicantur Sineach, Finnseach, Sarnat, Laisse, Aedhnat virgines, sanctique Patricius Junior, Conna (alias Mo Chonna), Fionntan. His adiciendus est S. Martinus qui hodie colitur ad Templum Martini haud procul ab urbe Kilkeniensis.*

pauci supersunt de quibus breviter dicamus.

9. *De S. Sineach virgine non consentiunt qui antiqua heortologia annotatis suis illustrarunt. Et primo quidem Oengusiani operis enarratores audiantur. Haec leguntur in codice diclo hibernice Leabhar Breac (saec. XIV): .i. o Chluain Lethtengad .i. nomen eccliae; latine: de Chluain Lethtengad quod (illius virginis) ecclesiae nomen est (1). Codex autem Bodleianus Rawlinson B. 505 (saec. XV in.) vult hanc Sineach virginem originem duxisse o Chill Roiss hi terminn Chille Dara; latine e Ceall Roiss in saepo Kildariae (2). Tandem annotator codicis Bodleiani Laud. Misc. 610, descripti anno 1453, postquam cum glossemate Leabhar Breac consensit scribens .i. Cluain Lethtengad nomen eccliae (illius) virginis (3), mox paulo cautior factus, nomina subdit trium aliorum locorum ubi vixerunt virgines huius cognomines, et quae hodie citata sit in ambiguo relinquit; haec eius verba: Nó Sinech i Cruachan Muige Abna i nEoganaicht Caisil; nó i nArd Croine i Muscraidi Tire; nó i nEtargabail hi tuaiscert Ossraige; latine: Vel Sinech de Cruachan Maighe Abhna in finibus nepotum Eoghani Casselesium; vel de Ard Croine in Muscraige Tire; vel de Etargabail in partibus septemtrionalibus Ossoriae (4). In heortologio Mariani additur: ógh, ó Chluain Lethtengad (5); latine: virgo, de Cluain Lethtengad. Huic consentit Dungalensis martyrologii utraque recensio (6); in posteriore pauca addita sunt de stemmate S. Sineach, deprompta, nisi fallimur, e Sanctiologio genealogico quod ex antiquis monumentis Quattuor Magistri collegerant (7).*

S. Sineach virgo,

10. *Quae de hac virgine leguntur adeo intricata incerto loco sunt ut vix ac ne vix quidem quicquam certi pronuntiare audeamus. Quippe non pauciores duodecim virgines Sineach nuncupatas exhibet Comanngud Noem hErend seu Catalogus Sanctorum Hiberniae homonymorum (8); et antiquis heortologiorum annotatoribus tam parum inter se*

dit in glossa ad 11 novembris. — (4) *Id.*, *ibid.* — (5) STOKES, *Féilire hui Gormáin*, p. 214. — (6) *Vid. supra*, num. 6-7. — (7) *Genealogiae Regum et Sanctorum Hiberniae*, ed. Paul WALSH, pp. 57, 111. — (8) Ed. Denis T. BROSNAN, in *Archivio Hibernico*, t. I (1912), p. 359-60. *consentientibus*

A consentientibus, nihil traditum videtur, quod li-
tem satis certe dirimere possit. Neque operae pre-
tium est catalogum virginum illarum cognominum
hic describere, singularum prosapiam persequi,
singularum monasteria vel solitudines ubi fuerint
exquirere. Satis erit rettulisse sententiam prae-
clari hagiographi Iohannis Colgani, qui hodie
coli arbitratu sanctam Sinech (alias Sinche,
genetivo pro nominalivo casu, uti passim fieri
solet, irrepente) filiam Daghi, ex Ossoriorum, ut
ipse scribit, progenie ortam (1).

in Ossoria, 11. Itaque in Ossoria quaerendus esset locus
ut videtur, ubi vixit Sineach illa virgo. Et quidem putat
Edmundus Hogan (2) locum dictum Cluain Leth-
tengad fuisse prope parochiam Geashill, in baro-
nia Geashill, King's County, haud procul a
finibus septentrionalibus Ossoriae. Sed memoria
tenendum est locum dictum Elargabail, de quo
testimonium atulimus annotatoris in codice
Laudiano Misc. 610, etiam in partibus septem-
trionalibus Ossoriae esse situm. Neque ullam
causam vidimus, cur alteruter praeponeendus es-
se videatur. De ceteris locorum nominibus quo-
rum mentio in antiqua heortologiorum glosse-
mata incidit, adeant, si qui aenigmata illa edis-
serere velint, Edmundum Hogan in Onomastico
Goedelico et quos ille affert auctores.

B 12. Quod si cui coniectura placuerit quam, an-
fossan anno 596, tiquos hagiologos secuti, fecimus, hanc Sineach
obit. virginem esse quae in Cluain Lethtengad vixerit,
forsitan et eius aetas definiri posse videbitur.
Etenim Sineach de Cluain Lethtengad obiisse
anno 596 aperte tradunt Annales Quattuor Ma-
gistorum (3). Sed collatis quae apud recentiores
illos scriptores leguntur cum priscis chronogra-
phis, quos profecto huius rei auctores habuerunt (4),
haud scio an librarii error irreperit qui rivuli
nomen Suane Sinchi Cluana Lethtengadh dis-
cerpsit ita ut sanctae obitum significare videretur.
Attamen haud scio an verius intellexerint Quat-
tuor Magistri, fortasse et aliorum scriptorum sen-
tentia iulli (5); vix enim usquam rivulum inven-
nies qui tam longo nomine vocetur. Haec tamen
temporis nota si re vera ad hanc Sineach virginem

C (1) Vid. quod annotavit manu sua Colganus
in apographo Sanctilogii genealogici nuper editi
a d. v. Paulo WALSH, *Genealogiae Regum et
Sanctorum Hiberniae*, p. 94. Cf. COLGAN, *Acta
Sanctorum Hiberniae*, p. 472, col. 2, ubi typothe-
tae errore scriptum est Finchea pro Sinchea. —
(2) *Onomasticon Goedelicum*, p. 266, col. 1, i. v.
Cluain Lethtengad. — (3) Ed. J. O'DONOVAN,
t. I, p. 222. — (4) Vid. Annales qui Tigernachi
nomine circumferuntur, ed. W. H. STOKES, in
Revue Celtique, t. XVII (1896), p. 163; Annales
Ultonienses, ed. W. M. HENNESSY, t. I, p. 78;
Annales Inisfallenses, ed. O'CONNOR, *Reperum Hi-
bernicae Scriptores Veteres*, t. II, ad an. 595.
— (5) Plures tamen auctores in contrariam sen-
tentiam antestatur HOGAN, *Onomasticon Goe-
delicum*, p. 127, i. v. Bri Dam, et p. 266, col. 1,
i. v. Cluain Lethtengad. — (6) BHL. I, in *Actis
Sanctorum Hiberniae ex codice Salmanticensi*,
col. 528; BHL. I a, ap. COLGANUM, *Acta Sanc-
torum Hiberniae*, p. 617, col. 2 (vid. tamen ibid.
annot. 33, p. 623, col. 2) et ap. PLUMMER,
Vitae Sanctorum Hiberniae, t. I, p. 23. —
(7) PLUMMER, t. c., p. xxxv. — (8) Vid. supra,
num. 7. — (9) STOKES, *Féire húi Gormáin*, p. 214.
— (10) Vid. supra, num. 7. — (11) J. O'DONOVAN,
ap. Edw. O'REILLY, *An Irish-English Dictio-
nary*, New Edition, p. 610, col. 2, i. v. Cruachan
Muighe Abhna; O'HANLON, *Lives of the Irish
Saints*, t. X, p. 55-56; HOGAN, op. c., p. 311,

pertinet, nihil obstat quominus haec eadem fuisse D
credatur cuius nomen legitur scriptum Segnith
seu Segnick in utraque Vita latina S. Abbani (6),
qui saec. VI-VII vixisse videtur (7). Utrumque
se res habet, profecto e Quattuor Magistorum An-
nalibus fluxit illud anno Christi 596, quod in
priori martyrologio Dungallensi legitur (8). Et
de his quidem hactenus.

13. S. Findsech seu Finnseach legitur ógh,
ó Cruachan Maighe Abhna, id est latine virgo,
de Cruachán Maighe Abhna, in glossemate heor-
tologii Mariani (9); eadem verba, uti expecta-
veris, refert martyrologii Dungallensis utraque
recensio (10). Cruachán illud nunc parochia est
Crochane, in baronia Slievardagh, comitatus Tip-
perary (11). At suspicor perperam hanc glossam
adiectam esse nomini virginis Finnseach; videtur
enim pertinuisse ad S. Sineach, quae ubi vixerit
antiqui annotatores nunquam certo scire videntur.
Id saltem propius ad verum accedere videbitur, si
conferas hunc locum cum glossis, quae ad aliam
virginem sanctam Sineach spectant, heortologii
Oengusiani (12) et Mariani (13), Dungallensis-
que (14) et Tamhlachtensis (15) martyrologii ad d. 5
octobris, aliisque pluribus locis (16). Neque us-
quam huius virginis Finnseach prosapiam legisse
meminimus. Igitur incerto stemmate, incerto loco,
incerta aetate haec videtur esse, neque hagiologis
nota nisi Mariano huiusque sequacibus.

14. S. Sarnait esse inghen Aodha i tTir Maine, S. Sarnait.
id est filia Aedhi in Tir Maine, seu Terra Main-
nei, in Connacia, legitur in glossa heortologii
Mariani (17), quae in Dungallense martyrologium
excepta est, praemissa voce ógh, id est virgo (18).
Huius stemma servatum est (19) in genealogicis col-
lectaneis diligentissimi antiquarii Dubhaltach Mac
Fir Bhisigh, alias Duaid Mac Firthis (20), ubi de
tribu dicta Cinéal Cinngamhna; e qua orla esse
traditur Sarnait inghean Aodha Gabhal-Fhada
mic Seanaigh mic Eoghain Aidhne mic Eachach
Bric, id est latine Sarnait filia Aedhi Gabhal-
Fhada, filii Seanachi, filii Eoghani Aidhne, filii
Eochaidhi Breac. Consentiant stemmata breviora
omnia, quae quidem noverimus (21). Unde colligi

F col. 1, i. v. Cruachan Maighe Abhnae. — (12) Supra,
num. 9. Cf. STOKES, *On the Calendar of Oengus*,
p. cxlix et gloss. p. cliv; Id., *Féire Óengusso*,
p. 214 et gloss. p. 220. Haud facile dixeris utrum
idem coniecerit Stokesius, op. c., p. 445, i. v.
Sinech, Nov. 9, an labente calamo glossam
heortologii Mariani perperam loco transpuserit.
— (13) STOKES, *Féire húi Gormáin*, p. 190. —
(14) *The Martyrology of Donegal*, p. 266. — (15) *The
Book of Leinster*, p. 363, col. 5; M. KELLY, *Calen-
dar of Irish Saints. The Martyrology of Tal-
lagh*, p. xxxvi, col. 1. — (16) *The Book of Bally-
mote*, p. 126, col. 1; *The Yellow Book of Lecan*,
p. 119; *Genealogiae Regum et Sanctorum Hi-
berniae*, ed. cit., p. 118. Cf. O'HANLON, *Lives
of the Irish Saints*, l. c. — (17) STOKES, *Féire
húi Gormáin*, p. 214. — (18) Supra, num. 7. —
(19) De prosapia S. Sarnait quiddam habemus,
id universum cl. v. Carolo Plummer acceptum
referimus. — (20) Ed. J. O'DONOVAN, *The Genea-
logies, Tribes and Customs of Hy-Fiachrach* (Du-
blin, 1844), p. 54 (*Irish Archaeological Society*).
— (21) Codex Oxoniensis bibl. Bodleianae Laud.
Misc. 610, fol. 39, col. e: Sarnait ingen Aeda
Gabul-Fada ar slicht Datái mic Fiachrach;
id., fol. 41, col. g: Sarnait ingen Aeda Fota mic
Senaig Cindgamma mic Eogain Adren mic Eth-
ach mic Dathi mic Fiachrach; codex eiusdem
bibliothecae Rawlinson B. 486, fol. 41: Sarnait
ingen Aedha Gabal<th>ota.

potest

A potest sexto saeculo vixisse S. Sarnail, cuius alavus Dalhi saeculo quinto ineunte Hiberniam universam regebat (1). Ipsam autem sanctam opinatur Iohannes O'Donovan eandem esse cuius nomen hodie effertur Sournay; ipsius nomine scribit fontes plures appellatos esse in eius regione Aidhne; ipsi dicatum fuisse templum, cuius exstant parietinae in insula maiore Araniensi, haud procul a viculo Oghil, Templesoorney adhuc dictae, prope quas scaturit fons St. Soorney's Well (2). Haec Iohannes O'Donovan (3). Unde autem factum sit ut sancta e Fiachrae nepotibus orta cum Araniensi insula Terrave Mainei coniungeretur, nemo haec videtur rescisse.

S. Laisse. 15. S. Lasse seu Laisse fuisse ógh, Clúana Lomáin, latine virginem, de Clúain Lommáin, scribit annotator Mariani (4), ad cuius sententiam accesserunt Dungallenses (5). Hoc hypocoristicon esse videtur nominis Laisréan; sed inter tot sanctas sanctosque dictos Laisréan, Moloisse, Laisse, Lassair, Laisre, cet., parum probabile est fore ut aut hanc virginem in tanta turba ilico agnoscamus, aut ad eius prospiciam definiendam appropinquemus; locus enim ubi vitam egisse fertur, Clúain Lommáin, cum sit incertus, ne coniectura quidem assequi possumus e qua sanctorum regia stirpe originem duxerit.

S. Aedhnat. 16. S. Aedhnat inghen Loichéin, latine filia Loichéni, esse legitur inter glossas heortologii Mariani (6); quod receptum est in martyrologium Dungallense (7). Aedhnat hypocoristicon est usitatissimi nominis Aedh, adiecta deminutiva terminatione -at quae feminini generis esse solet (8). Sed neque patris nomen, quod hic legitur, rarum est, et cum nusquam vel initium stemmatis aut filiae aut patris legisse meminerimus, et a nemine traditum esse videatur e qua sanctorum stirpe Aedhnat orta sit, aut ubi vixerit, annuntiatione Dungallensis martyrologii contenti sinus oportet.

Patricius Junior num hodie Glastoniae colatur. 17. Minime assequimur unde Ricardus Chaloner in britannicum martyrologium receperit, S. Patricium Iuniorum, Hibernorum apostoli discipulum et e fratre nepotem, hodie commemorari Glastoniae una cum Benigno successore Patricii. Etenim, qui Glastoniensi calendaria nuper summa eruditione scrutatus est, v. cl. Edmundus Bishop, nullum Patricium V idus novembres ibi cultum esse reperit (9). Forsitan simul agi festa SS. Benigni et Patricii inde collegerit Chaloner quod in Nova Legenda Anglie legerit in uno scrinio ex australi parte summi altaris in Glastonia servari reliquias S. Benigni et S. Patricii cuiusdam (10), idque involverit cum commentariis

Stillingi nostri de Patricio Seniore, Glastoniae D. culto, qui idem esset ac Patricius Iunior (11). At Oedipo opus coniectore est si tam varii mobilisque ingenii dicta scripturae omnia ad suam quaeque originem reducenda sint. Nos autem properemus illis Patriciis vale dicere, qui vel gravissimos clarissimosque scriptores non semel ad summas in divinando audacias deduxerunt.

18. S. Conna illum, cuius hypocoristicon Mochonna, cognominatum esse Becc, id est parvum seu minorem, e Mariano (12) mutuatus est Dungallensis martyrologus (13). De ipso autem sancto nihil omnino traditum esse videtur, praeterquam quod eodem cognomine distinguitur in Comainmigid Noem hÉrend (14) ab homonymis viginti octo (15).

19. Superest unus S. Fionntán, de quo ne Dungallenses quidem Minoritae quicquam reperisse videntur. Fintán seu Fionntán vocabulum usurpatur, inter alia, pro hypocoristico nominis Findbharr, quod pervulgatum est (16); igitur hunc Fionntán expiscare, si quid cernis, e centum et duobus Barrfhind, Finnian, Findbharr, Fintan, Findchu, Findlug, Finan, qui in Comainmigid Noem hÉrend recensentur (17). Attamen notatu dignissimum est et aliud hypocoristicon nominis Findbharr legi ad hunc diem in calendario Breviarii Aberdonensis, ubi memoratur S. Morocus; quod inter Praetermissos breviter perstrinximus (18). Sed cum et S. Moroci festum plerumque annuntietur III nonas novembres (19), ipsoque die colatur Barrfhind, seu Findbharr, filius Aedhi (20), facilius crediderim S. Morocum eundem fuisse ac Barrfhind filium Aedhi; scilicet, nisi tres illi re vera unus idemque sint trifariam distractus.

20. S. Martinum, cuius festi causa V nonas novembres feriae aguntur in loco dicto Teampull Marlain (21), alium esse a clarissimo episcopo Turronensi, summa quidem sed infelici eruditione contendit Iohannes Franciscus Shearman (22). Huius argumenta sic breviter astringi possunt: Martinum quendam seniore a S. Patricio relicto esse cum sociis aliquot et Patricii comitatu in loco dicto Bealach Gabhráin (23), tradit Homilia de S. Patricio in Leabhar Breac (24); loci e Vitis S. Ciarani de Saighir et S. Columbae (25) ubi agitur de reliquiis S. Martini; ecclesiae in Ossoriae partibus S. Martino dicatae, fontes eidem sacri, aliaque eius modi indicia undique operose collecta.

21. Verum Martinus ille senior, Patricii socius nusquam existit nisi in ipso illo qui affertur Homiliae apographo, ubi scriptum est foraccab Mártin sruthi occú, latine reliquit Martinum se-

(1) O'DONOVAN, op. c., Genealogical Table. — (2) Ordnance Survey of Ireland (One Inch), fol. 113. Templesoorney desideratur in indiculo ecclesiarum Araniensium apud Colganum edito, de quo supra, p. 165, num. 71. — (3) Op. c., p. 54, annot. s. — (4) STOKES, *Féltre húi Gormáin*, p. 214. — (5) Supra, num. 7. — (6) Ed. cit., ibid. — (7) Supra, num. 7. — (8) PLUMMER, *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. II, p. 345. — (9) GASQUET and BISHOP, *The Bosworth Psalter* (London, 1908), p. 185, col. 2, i. v. Patrick. — (10) Clausula ineunte saec. XVI in *Novam Legendam* inserta; vid. supra, p. 170, annot. 2. — (11) Act. SS., Aug. t. VI, p. 833-35. — (12) Ed. cit., ibid. — (13) Supra, num. 7. — (14) Ed. cit., p. 341-42. — (15) Omitto sex septemve Mochonoc, ibid., p. 339, quibuscum singulis confundi pos-

sunt singuli Conna et Mochonna. — (16) PLUMMER, *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. II, p. 359, col. 1, i. v. Findbharr. — (17) Ed. cit., p. 328-32. — (18) Supra, p. 7. — (19) Act. SS., Nov. t. III, p. 857. — (20) Ibid., p. 834-35. — (21) Hic tractus tribus fere passuum milibus abest ab urbe Kilkenniensi ad orientem, iacetque in parochiis Blackrath, St. John's et St. Martin's, baroniae Gowran, comitatus Kilkenniensis. — (22) *Loca Patriciana*, p. 390-93. — (23) Gowran Pass in comitatu Kilkenniensi. HOGAN, *Onomasticon Goedelicum*, p. 101, col. 1, i. v. Belach Gabhráin. — (24) Ed. bis Wh. STOKES, *Three Middle-Irish Homilies*, p. 32; *The Tripartite Life of Patrick*, t. II, p. 468. — (25) Haud scio an hic commiscuerit vir doctus S. Columbae Hiensem cum S. Columba de Tirdaglass.

-niorem

A niorem apud eos, pro foracib mártai sruthi occi, latine reliquit reliquias venerabiles apud eos. Id enim martrai pro Martin legitur in loco parallelo Tripartitae (1) et Vitae S. Patricii e Libro Lismoriensi (2); his consentit Tirechani antiqui scriptoris locus qui aecclesiam Marthorthige a S. Patricio tum in iisdem partibus conditam refert (3); haec est illa Martartech, seu reliquiarum domus, cuius meminerunt et Homilia in Leabhar Breac et Vita Lismoriensis et Tripartita (4) proxime post sententiam quam exscripsimus. Accedit quod nemo nisi librariorum hibernorum artis ignarus mirari potest voces Martin et martrai inter se esse mixtas; utraque enim scribitur marti, adiecto super litteram i parvo apice, neque facile distinguitur utrum ra ante litteram i legendum sit, an n post litteram i.

Eius reliquiae, sacella, fontes.

22. Quae cum ita sint, facile perspicitur, locos ubi de reliquiis S. Martini agitur in Vitis S. Ciarrani de Saighir et S. Columbae de Tirdaglass intellegendos esse non de lipsanis commenticii illius Martini senioris, sed de cognomine Turonensi (5);

quae sententia est virorum in hagiographicis Hiberniae fastis scientissimorum Caroli Plummer (6) et Gulielmi Reeves (7), ut alios omittamus. Constat enim vel ab initio fidei in illis regionibus sparsae singulariter prorsus esse cultam memoriam Martini Turonensis (8). Idem dicit de ecclesiis, sacellis, fontibus S. Martino dicatis, qui Turonensi restituendi sunt, nisi certam ob causam potius ascribendi videantur S. Martino Hiberno qui re ipsa vixit, filio nempe Dunani e stirpe Cormaci Cas (9); hic autem et multo post S. Patricium vixit (10) et in alia omnino regione, a septentrione partium Kilkenniensium (11).

23. Tandem quaerendum est qua de causa die 9 nov. festa in loco dicto Teampull Martain agi solita sint. Huius temporis nolam unum auctorem habemus I. F. Shearman (12). Vulgatum est autem parochialia festa non raro haberi die dominica proxime antecedente ipsum festum sancti patroni diem; atqui anno 1879, quo haec pars vulgata est lucubrationum eruditi illius viri (13), incidit dies 9 novembris in dominicam.

Cur hodie coli jertur.

(1) Foracib martrai sruthi occu, STOKES, *The Tripartite Life*, t. I, p. 194. Idem profecto et in gadelicis codicibus legebatur quibus Colganus usus est ad interpretationem suam conficiendam; vertit enim, nulla cuiusquam Martini mentio facta; «reliquit diversas sanctorum reliquias, » *Trias Thaumaturga*, p. 155, col. 2, cap. 27. — (2) *Foracoihb martra sruthie occu*, STOKES, *Lives of Saints from the Book of Lismore*, p. 13, lin. 445. — (3) *Liber Ard-machanus*, fol. 15 b 1. — (4) Locis cit. supra, annot. 1 et 2. — (5) Ut omnia omnino conturbaret et misceret, contendit I. F. SHEARMAN, op. c., p. 392, annot. 1, confusam esse Turonensem civitatem (gadelice Torinis) cum insula Oceani gadelice dicta Tor Inis; et ea quae certe pertinent ad S. Martinum Turonensem deflexit ad suum illum Martinum Seniore quem in Tor

Inis mortuum esse gratuito finxit. — (6) *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. II, p. 364, col. 2, i. v. Martinus; *Bethada Nám n'Ereann*, t. II, p. 393, col. 1, i. v. Martain. — (7) *The Life of St. Columba*, p. 332, annot. x. — (8) *Id.*, *ibid.*; cf. p. 488, col. 1, i. v. Martin. — (9) Huius Martini stemma legitur in *The Book of Leinster*, p. 350, col. 1, et in *Genealogiis Regum et Sanctorum Hiberniae*, ed. Paul WALSH, p. 120. — (10) Ut e stemmate patet. — (11) Cúl Breccain i nUib Falge, *The Book of Leinster*, l. c. Nunc in King's County, HOGAN, *Onomasticon Goedelicum*, p. 318, col. 1, i. v. Cúl Bracain. — (12) *Op. c.*, p. 393. — (13) Primo quidem in *Journal of the Royal Historical and Archaeological Association of Ireland*, Fourth Series, Vol. IV, Part III, 1878 (re vera 1879); mox in libro cui titulus *Loca Patriciana* (1879).